

E.30. num. 27.

6

1716. 4.

DISSESTITO INAUGURALIS JURIDICA
DE EO
QVOD JURIS EST
CIRCA
PORTIONEM
CONJUGIS STATU-
TARIAM IN POMERA-
NIA ORIENTALI,
QUAM OCCASIONE
TESTAMENTI HILLIANI
DEO ADIUVANTE
PRÆSIDE
DN. MATTHIA SÆGER
CONSULTO, CODICIS PROFESSORE PUBLICO, AMPLIS-
SIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ SENIORE ET AD HUNC
Actum DECANO
PRO LICENTIA.

Superiores in utroque jure honores conseqvendi,
Placido Eruditorum Examini submittit

JOACHIMUS LÜTTKE, Cöslin. Pomer.
Anno 1716. die 27. August.

ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGII, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.



SPLENDIDISSIMO COLLEGIO
SENATORIO CÖSLINENSI,
VIRIS

*Prænobilissimis, Amplissimis, Consultissimis,
Prudentissimis DNN.*

DNN. **CONSULIBUS,**

Grayissimis, experientissimis,

DNN. **SYNDICO,**

Fulgidissimo, dexterrimo,

Nec non

DNN. **CAMERARIIS,**

Curatissimis, Præstantissimis,

Ceterisque

DNN. **SENATORIBUS,**

Justitiae Administratoribus vigilantissimis,

DOMINIS PATRONIS, & PROMOTORIBUS, ÆTATEM COLENDIS,

Præsentem Inauguralem Dissertationem ad sui Commendationem ea par est reverentia consecrat

JOACHIMUS LÜTTKE, Cösl. Pom.

10
DISPUTATIONIS HUJUS
SUMMARIA.

DE vocabulo *juris remissive* in §. 1.
Portio num hic denotet partem bonorum, num
partem hereditatis in §. 2.

Conjugis vox unde derivetur §. 3.

Statutaria Portio unde dicatur, & num istius ratio-
nem ex jure Divino & Naturali recte petatur. ibid.

Comparatio Portionis Statutaria cum Legitima liberis
& parentibus debita, & numne etiam hac in jure Natu-
ra fundata sit. ibid.

Num quantitas Legitima & Portionis Statuta-
ria contraria lege vel Statuto possit immutari? d. §. 3.

Synonyma Portionis Statutaria. §. 4.

Descriptio istius generalis ex Merio. ibid.

Explicatur ista Descriptio in §. 5.

Qualis sit quantitas Portionis Statutaria secundum
jus Lubecense in casu testati, & qualis sis in casu intesta-
ti, ubi extant liberi, hique vel separati vel non separati,
aut ubi non extant liberi. §. 5.

Adducta quantitas ordinaria in §. 6 interdum vac-
riatur, etiam ex persona conjugum aliquando cessat. §. 6.

Descriptio Portionis Statutaria specialis ratione ignobilium §. 7.

Etiam conjuges Nobiles in Pomerania habent certam
Portionem. §. 8.

Num Portio Statutaria de Jure Lubecensi in testa-
mento afferri aut minui possit, §. 9.

A

Pro-



Producitur casus ex testamento Hilliano, cuius in
Rabro sit mentio. ibid.

Affirmatur ab aliis dicta quæstio, & rationes Dn^o
Mevii affirmantis proponuntur. §. 10. & 11.

Prajudicium pro affirmativa sententia allegatur §. 2.
Negatur d. Quæstio & tum Responso Facultatis Hal-
lenfis, tum sententiâ Altorffii concepta, tum Attestato
Magistratus Costlinensis confirmatur §. 12.

Negativea opinioni inheremus, quando matrimo-
nium est improle, §. 13.

Rationes hujus opinionis negative in §. 13. 14. 15. & 16.
Dn. Mevii rationes pro affirmativa sententia mili-
bantes refutantur §. 17. 18. 19. & 20.

Rationes à Testatore, quare coniugi superstitti denegaver-
it Portionem Statutariam, ponderantur in §. 21.

Venitularur quæstio, num prelegatum in Testamento
Hilliano vidue relictum corruat, si in iudicio superiori
pro ista pronuncietur. §. 22.

Si pure à marito aliquid legetur uxori, num istud
imputandum sit in Portionem Statutariam, num vero
prater istud integra portio uxori debeatur? Affirmatur
posterior. §. 22.

Rectius autem negatur posterior in §. 23.

Rationes affirmantium refutantur §. 24.
Num Portio Statutariae coniugi Nobili competens in
testamento possit admissi aut minus? §. 25.

Quando Vidua Nobilis petet dotalitium, num sibi
prajudicet in Portione Statutaria, num vero utrumque
recte petata. §. 25.

In quibus casibus utrumque recte peti posset. §. 25.
Epilogus in §. 26.

Q.D.B.V.

Q. D. B. V.

§. I:



E eo qvod juris
est circa Portionem Conju-
gis Statutariam in Pome-
rania Orientali acturi, præ-
mittimus paucis Rubri ex-
plicationem. Juris voca-
bulum diversas habet signi-
ficationes, quæ in L. penult. & ultim. ff. de J. & J.
fusæ satis explicantur. Hic denotat Legem ci-
vilem vel statutariam, adeoque sensus Rubri est,
Nos agere velle de eo, quod disponit vel permit-
tit Lex Civilis vel Statutum circa Portionem
conjugis Statutariam, num v. g. ista portio sit
pars hæreditatis, num sit portio bonorum, num
juxta Legem Civilem vel Statuta permisum sit
Portionem istam Statutariam in testamento mi-
nuere vel tollere, num minus &c. prout ex se-
quentibus §§, facile elucescit.

§. II.

Qvod vocabulum Portionis attinet, ista in-
digitat partem bonorum à Statuto conjugi super-
stiti tributam, Portio enim cuiuslibet rei pars est:
l. 164. §. 1. ff. de Verb. Signif. Et differt à portio-
ne hæreditaria, quia hæc jure hæreditario, sic-
que titulo universali; ast Portio hæc Statuaria ex
speciali legis seu Statuti beneficio tanquam lu-

De Vocabu-
lo juris re-
missive.

Portio num
hic denotet
partem bo-
norum,
num par-
tem hære-
ditatis,

crum conjugalis societatis & sic' titulo singulari
desertur. Dn Cothman. Vol. 2. Resp. 51. n. 140.
Modeft Pistor. P. 14. q. 3. n. 12. Inde nec conjuges
superstites liberorum aut cognatorum defuncti co-
hæredes sunt, nec nominantur. Siquidem in
Art. 1. Tit. 2. Lib. 2. J. Lubec. totus hæredum ab
intestato succedentium recensetur ordo, prorsus
autem conjugis superstitis non fit mentio, utpo-
te qui vi specialis statuti certam bonorum par-
tem retinet & reliqua bona restituit illis, ad quos
jure successionis ab intestato pertinent, sique le-
gis beneficiarius recte audit. arg. 1. 59. §. 1. in fin. ff.
Ad SC. Trebell. Matth. Coler. Decis. 217. n. 3. Coth-
man. d. 1. n. 120. seqq. Unde & bona à conjugе ad
conjugem ex singulari Statuto devenientia here-
ditaria non sunt, (utpote quæ j. Lubec. L. 1. T.
10. Art. 6. alienari absque consensu proximorum
heredum prohibentur) sed bona acquisita, woll-
gewonnen Gut / eo jure recte dicuntur, quia
portionem debitam conjux superstes non jure he-
reditario, sed ex speciali Lege capit, quo de legi
meretur Dn. Mey. ad j. Lubec. Lib. 1. Tit. 10. Art.
6. n. 25. seqq. Sicque ista portio est quidem pars
bonorum defuncti, sed non pars hæreditatis. Ea
propter nec jus accrescendi conjugi superstiti
competere, docet Cothman. Vol. 2. Resp. 51. n. 84.
& 176. seqq. & fusius deduxit Dn. Stryk de Success.
ab intest. Diff. 4. Cap. 1. §. 28. seqq.

§. III.

Conjuges hoc loco intelligimus eos, qui
legitimo matrimonio conjuncti, ducta Etymo-
logia

Conjugis
vox unde
deriveatur.

logiā à jugo , quod nimirum pari eos jugo jun-
tos esse oporteat , tam in secundis quam adver-
sis rebus , cum Beust in Tr. de Matrimon. c. 1. &
Schultz in Synops Inst. Lib. 3. sub Rubr. de Quart. Ordin.
Success. Conjug. Per ultimum verbum adjecti-
vum *Statutaria* , notanter simul fons & origo hu-
jus portionis indigitatur , quod nimirum *Statutum*
habeat autorem , cuius statuti ratio vero non ex
sola voluntate statuentium , sed certo respectu
etiam recte ex jure Divino & Naturali petitur.
Jus siquidem Divinum ob nimis arctam illam so-
cietatem conjugalem , quæ facit conjuges unum
quodammodo corpus & unam esse animam Genes.

2. v. 23. & 24. Lucri & damni divisionem fortunæ
& casuum participationem requirit. Naturalis
itidem ratio , ob arctissimam quæ in vivis fuit ,
& corporis & animi conjunctionem , ut ex bonis
defuncti ad viatum & honestum cultum , subsi-
dium afflito relinquatur conjugi superstiti , qui
onera & adversa matrimonialia communiter fuit
perpessus , ne ad mendicitatem redigatur , non
parum urget , unde pium , justum & æquum
istiusmodi Statutum quilibet censem: Conf. Mev.
ad Jus Lubec. Lib. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 18. seqq. Et
quia Legitima liberorum & parentum æque
pro fundamento habet alimenta sive necessaria vi-
tae subsidia , quæm Portio Statutaria , & hæcce
æqvæ necessario vi statuti conjugi superstiti est
relinquenda , ideo non potuit non evenire , ut ali-
qui Autorum , inter quos Mev. Schilter , Strauchi-
us , Kohlius , Dn. Stryk. Diff. IV. cap. 3. s. 1. &

Statutaria
portio unde
dicatur , &
num iſtius
ratio etiamsi
ex I. Divi-
no & natu-
rali recte
petatur.

Compara-
tio portionis
Statutaria
cum legiti-
ma liberis
& parenti-
bus debita
& numne

etiam habet
in jure na-
tura fun-
data sit.

Hopp. in Exam. q. quest. 7. De Inoffic. Testam. alii-
que, in eam prolaberentur mentem, quod Portio
Statutaria sit species Legitimæ. Nec obstat Dn.
Ludovici in Doctrina ff. Lib. V. Tit. 2. §. 4. assertio
quod Legitima non sit Juris Naturalis. Istud e-
nim, si formaliter consideretur Legitima, *tum*
ratione quantitatis in lege definitæ, *tum* ratione
modi relinquendi, dum titulo institutionis relin-
quenda Nov. 115. c. 3. 4. & 5. expediti juris est, quan-
do autem accipitur materialiter pro qualicunque
portione bonorum; omnino Juris Naturæ debi-
tum est, cui ergo per naturam ad alimenta ob-
strictus, isti etiam moriens tantum ex bonis relin-
quere teneor, undè vivere possit, l. 7. ff. De Bon-
damnat. 130. §. 2. C. De Inoffic. Testam. cap. 1. in fin De Test.
in 6. Mev. P. 2. Tit. I. Art. 8. n. 5. seq. Dn. Stryck in Disp. de
Gravamine Legitima c. 2. §. 3. Lauterb. tit. ff. De In-
offic. testam. vers. debetur. Ita militia, quæ in ju-
re Civili permittit parentibus liberos in testa-
mento præterire §. 6. J. de Exhared. liber. l. fin. C. de
Inoffic. testam. nec concedit querelam in officiosis l. 9.
l. 24. C. eod. adimit quidem liberis Legitimam for-
maliter talem, dum indulget, militem non ne-
cessesse habere quartam aut tertiam partem bono-
rum in jure definitam liberis suis relinquere,
non tamen auffert illis portionem naturalem,
quam necessarium vitæ subsidium postulat, quan-
tacunque enim sint militum testantium privile-
gia, tanta tamen esse non poterunt, ut naturale
debitum intervertant, quia obligatio naturalis
est immutabilis. Grot. de J. B. & P. Lib. 2. C. 7. §. 4.
ibiq;

ibique Zieglerus. Dn. Thomae. in der Göttli-
chen Rechts - Gelahrtheit lib. 2. Cap. 10. §.
187. ibid. in Not. sub lit. p. verbis: Auff diese (na-
türliche) Schuldigkeit gründet sich die Legitima,
oder das nach den Rechten gebührende Erbtheil.
Iude firmo stat talo, quod Legitima quā ali-
menta aut necessaria vitæ subsidia involvit, sit
Juris Naturæ, sicque immutabilis; istud tamen
laudato Dn. Ludovico indulgemus, quod in legi-
tima nihil J. Naturæ sit, quā alimenta excedit.
Non enim Pater per naturam ulterius obligatur
soboli, quam ut ipsi de corporis animique subsi-
diis propiciat, seu illa, quæ ad honestam edu-
cationem pertinent, subministret, ergo quæ
supersunt, liberæ istius dispositioni relinquenda.
Idem quoque observandum circa parentes, qui-
bus pari modo à liberis ex Naturæ dictamine Le-
gitima relinquenda est, quatenus illa continet ali-
menta per Nov. 1. in Prefat. § 2. Lauterb. tit. ff. de
Inoffic. Testam. vers. Debetur. Faber in Codic. Lib. 3.
Tit. 19. Def. 16. Hinc Legitima quidem statuto
tolli & minui potest, quatenus formaliter acci-
pitur, seu quatenus lex Civilis *natura* aliquid
adjecit, ut certa nempe istius sit portio, & cer-
to modo relinquatur; nequaquam vero statuto
tolli potest, quatenus alimenta vel necessaria
vitæ subsidia continet. Cum ergo, quantum
alimentorum loco liberis assignandum, incer-
tum esset, & durum videretur, L. L. Romanas
nil certi liberis assignare, postmodum quarta
pars, & per Nov. 18. C. I. Triens vel semis pro
numero

Num quan-
titas legitima

*ma & por-
tionis Sta-
tutaria con-
traria lege
vel Statuto
possit im-
mutari.*

*Synonyma
portionis
statutaria.*

*Generalis
Descriptio
Portionis
statutaria.*

*Explicatur
precedens
Descriptio.*

numero liberorum adjudicata , quæ quota , ~~et~~
que ac quantitas Portionis Statutariæ recte con-
traria lege mutatur , licet non à privato in te-
stamento minui aut tolli queat. Conf. Gail. 2. Obs.
122. n. II. seqq. Mev. ad J. Lubec. P. 2. Tit. I. Art. 8. n. 8.

§. IV.

Sed ut ad denominationem Portionis Statu-
tariæ redeamus , varia hæc habet Synonyma_.
Sic nonnunquam vocatur Lucrum conjugale , De-
bitum conjugale , Statutarium debitum , Lucrum
statuti , beneficium Statuti Conf. Mev. P. 2. Tit. 2. Art.
11. & Modestin. Pistor. Qvæß. 3. n. 11. P. 1. Inde lauda-
tus Mevius d. l. n. 236. describit portionem Statu-
tariam , qvod sit statuti beneficium , ex bonis , super-
stiti partem qvandam , tanquam conjugalis societatis
lucrum tribuens. Quia vero hæc descriptio ni-
mis generalis est , ulteriore explicationem
meretur , quâ præmissa infra §. 6. specialior à no-
bis construenda erit Descriptio.

§. V.

Ad rectè igitur formandum conceptum
Portionis statutariæ , considerandum , quid Dn.
Mevius per *superstitem* , & quid per *partem* in-
telligat_. Per *superstitem* procul dubio conju-
gem supervivente oder den überlebenden Theil
intelligit_. Hæc vero superstes conjux vel
prolis est , vel improlis , & prior rursus vel à
liberis separata , vel non : Sub altero voca-
bulo *Partis* , variam comprehendit bonorum
portionem_. Est namque hæc pars pro diver-
sitate casuum , vel virilis portio , vel dimidia
bonorum communium , vel assignata antea li-
beris

beris certa portione , tota residua massa bonorum,
vel dimidia bonorum conjugis defuncti tantum.
Quando ergo Coniux superstes est (1.) prolis in
casu (a) testati , virili portione oder mit einem
Kindes . Theil contenta esse cogitur , quando il-
lam maritus in testamento exprimit *J. L. lib. 2.
Tit. i. Art. 6.* Etiam filialis intelligitur portio , ubi
maritus nulla expressa parte , uxori conjunctim
cum liberis dedit bona , modo præcipuum ,
transcendens 8. solidos & 4 obulos ipsi relique-
rit ; sin autem nihil præcipui dederit , dimidi-
am in statuto assignatam bonorum partem uxor
accipit . *J. Lub. Lib. 2. Tit. i. Art. 8.* ibique *Mev. n. 38.*
quam dimidiad etiam expressis verbis relin-
quere uxori potest . *J. L. Lib. 2. Tit. i. Art. 3. & passim.*
In Casu (b) Intestati , superstes non separatis liberis
dimidiad bonorum communium obtinet , ita ta-
men ut maritus arma sua & vestes optimas ; uxor
contra annulum pronubum oder den Trau-Ring/
præcipiat . *J. Lub. L. 2. Tit. 2. Art. 2. & 3.* Super-
stes tamen potest , si velit , possessionem & usum
fructum omnium bonorum retinere , quardiu in-
viduitate permanet *Art. 8. Lib. 2. Tit. 2.* quando
autem ad secunda vota transit , tunc prædicto mo-
do tenetur dividere *Art. 29. Lib. 2. Tit. 2* ibidem *Mev.*
n. 23. quam divisionem si omiserit , & mori-
tur , locum habet , quod ea de re dispositum in *Art.*
28. Lib. 2. Tit. 2. add. Stryk. Different. *J. Crv. & Lubec.*
Cap. 9. n. 56. Liberis è diverso (c) separatis , superstes
coniux assignata illis antea certa portione , totam
residuam massam bonorum retinet , nec cum illis ,
licet ad secunda vota transferit , ista bona divide-

*Qualis sit
quantitas
portionis
Statutaria
in casu te-
stati ,
qua lis i
casu inte-
stati , ubi
extant li-
beri , biq;
vel separa-
ti , vel in-
separati :
Aut ubi
non ex-
tant liberi.*

re tenetur. *J. Lubec.* Lib. 2. Tit. 2. Art. 6. 16. & 28.
Mev. ad art. 2. L. 2. Tit. 2. n. 72. seqq. Et denique (2.) si conjux superstes sit *improlis*, dimidiam non honorum communium, sed conjugis defuncti tantum, in casu testati & intestati acquirit. *J. Lubec.* Lib. 2. Tit. 2. Artic. 11. Conf. Dn. Stryk. in Tab. de Success. ab Intest. Classe 4. verbis *Jure Lubencensi* Hopp. in Comment. ad Inst. Tab. de Success. ab Intest. Classe 4. pag. m. 601.

§. VI.

Productas autem hasce partes pro ratione circumstantiarum interdum variari, facile largimur, non enim nostri instituti est, singulos *J. Lubecensis* textus prolixè enodare, nec singulas quæstiones examinare, utpote quod integrum requirit tractatum, sed duntaxat circa hanc intricatam materiam, pro meliori *Juris Lubecensis* intellectu, certas apponere regulas, ad quas potiores & ordinarii obvenientes causus referri possunt. Prædicta etiam demum obtinent modo (1.) Conjugi Juri pro se introducto non renunciaverit. Conf. Dn. Barthius *Diss. de Benef.* *Filie abst. hered. paterna ad effect.* exig. doi. prom. C. 1. §. 19. Nec (2.) in Testamentum Conjugis defuncti, in quo diminuta est ista portio, consensum suum interposuerit per l. 29. C. d. Pat. Carpz. P. 3. C. 7. D. 14. 15. 16. Nec (3.) Justa causa obstat, ex qua Portione Statutaria excludi potest, quales refert Mevius ad *J. Lubec.* P. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 408. & seqq. vel denique, (4.) Pacta dotalia non reclament. Nam etsi Statu-

28.
i
m
f
u
b.
n
f.
i
d
e
n
a
s
,
i
d
a
s

Statutum uxori certam portionem concedat, quam maritus nec testamento auferre, nec minuere potest, si tamen pactis dotalibus aliud conventum fuerit, istic standum est, nec ultra assignatam in iis portionem plus peti potest, nec ad Portionem statutariam redditus conceditur Dn. Meyius ad J. Lubec. P. 2. Tt. 2. Art. 12. n. 363. seqq. item 382. & 376. Carpzovius Part. 3. C. 20. D. 1. & C. 23. Def. 1. Brunnem. Cent. 2. Decif. 61. n. 1. Meyius P. 6. Decif. 31. item P. 9. Decif. 60. Kohl de Pact. Dotal. p. 2. n. 81. seqq. Dn. Titius Jur. Priv. Rom. Girm. l. 7. C. 2. §. 3.

§. VII.

Ex dictis jam specialem ratione ignobilium necestimus portionis statutariae descriptionem; Portio Conjugis statutaria in Pomerania Orientali est portio quædam, à statuto Lubecensi introducta, in Pomerania recepta, in casu testati, ubi matrimonium est cum prole, virilem partem.; In casu intestati autem liberis non separatis dimidiam bonorum communium, separatis liberis assignata istic antea certa bonorum portione, residuum totam bonorum massam; ubi verò matrimonium sine prole, dimidiam bonorum defuncti conjugis partem indistinctè involvens.

§. VIII.

Quod conjuges Nobiles in Pomerania Orientali attinet, illi etiam Portione statutaria gaudent. Videamus ergo quid inter eos juris sit. Die Hinter-Pommersche Lehnsc. Constitution ita

Specialis
descriptio
Portionis
Statutarie
in Pomer-
ania Orien-
tali ratione
Ignobilium.

disponit ; ut uxor præter illata accipiat (1.) Das
Gnaden-Jahr / (2.) die Besserung / (3.) die Morgen-
gabe / (4.) Trauer-Kleider / (5.) Wagen und
Pferde / (6.) die Haushuethe / (7.) halbe Fahrniß
todt und lebendige und (8.) das halbe Silber /
welches im täglichen Gebrauch gewesen. Ma-
ritus vero consequitur , die Helfte der Ehe-
Gelder / nebst einem stehenden Bette von der
Frauen besten Bettten / und Bettgewand &c.
Tit. 7. §. 14. & 15.

*Num
Portio Stac-
taria J.
Lub. in ta-
stamento
auferri,
aut minui
possit?*

*Produc-
tur casus ex
testamento
Hilliaco ,
enpus in
Rubro sic
mentio*

S. IX.

Hactenus de ipsa Portione Statutaria ,
jam discutienda est quæstio , num ista portio ,
quæ superstici conjugi ex prædefuncti bonis
debitur , testamento auferri vel minui possit ?
Antequam ad hanc quæstionem respondeo , pro-
illustranda materia non parum faciet , si ca-
sum aliquem in medium proferam , qui circa
hanc quæstionem mihi obvenit .. Beatus quip-
pe Consul Hillius , Affinis quondam meus , Cöslin-
ni testamentum condens , conjugem suam ita
heredem scriperat : Die erste / (neinlich meine
Frau /) soll thren mir zugebrachten Brautschatz
à 1000. fl. nach Lubischen Recht *Lib. 2. Tit. 2. Art. 12.*
zurück nehmen / und obwohl nach eben demsel-
ben Articul , was noch vom Guth darüber / sie
zugleich mit meinen Erben zu theilen befugt
wäre / so verordne ich doch hiemit / daß solches
nicht geschehen / sondern meine Acker / Wiesen/
Gärten und Capitalia ic. xc. ungetheilet bleiben
und ein legatum perpetuum familiæ seyn sollen .
-eqlib

Ratio

Ratio solcher meiner disposition, (die ich doch
niemand zu geben schuldig) ist / dass ich mei-
ner Frauen alle Zinsen von ihren 1000. fl. Ca-
pital und was sie in stehender Ehe erworben/
zu eigen lasse / da doch mir solches / wann ich
nicht darüber disponiret hätte / denen Rechten
nach competiren würde. (2.) Dass durch sie die
ihrgen von meiner Habseligkeit mittelsi dieses
testaments ein ziemliches profitiren. Damit
aber meine Frau / als eine kränliche und schwä-
che Person / so viel besser ihrem Stande gemäß
leben könne / so soll sie / fals sie nach meinem
Tode nicht wieder heyrathet / (sonst alles ihr
zugut vermachte an meine Erben verfallen seyn
soll) mein am Markte stehendes Haus / so
lang sie lebet / ohne einige Heure bewohnen/
auch darben von 800. Rthlr. Capital die Zinsen
jährlich ad dies vitæ ipsius eigenthümlich und
also ohne einige Berechnung von meinen reit-
bahrsten Gütern / und überdem die beyden Gar-
ten vor dem Mühlen-Thor auf ihre Lebens-Zeit
ohne einige Heuren zu geniessen haben. Nach
ihrem Tode aber sollen die Heuren von vorbefag-
ten Hause und Garten nebst denen Zinsen von
den 800. Rthlr. von Zeit ihres Absterbens mei-
nen vorgemeldten Erben Lassenischer Linie zu
gut berechnet werden. Werben ich wegen des
meiner Frauen sub conditione, dasfern nemlich
dieselbe nicht wieder heyrathet / vermaischen/
Krafft dieses in favorem ipsius quartam Falci-
diam sive Trebellianicam prohibire/ also / dass

sie nicht das geringste meinen Erben von solcher
Verwünschtheit heraus geben solle.

§. X.

Affirma-
tur predicta
quaestio à
nonnullis,
& produ-
cuntur Dn.
Mevii ra-
tiones.

Pro tuenda hac dispositione testamen-
taria , affirmavit præcedentem quaestioneum
frater testatoris Petr. Hillius , Medic. Doct.
ex Mev. P. 2. Tit. 1. Art: 8. & 10. cuius opinio
est , quod jure Lubecensi non necesse habeat
conjux Portionem statutariam ab intestato
debitam integrum in testamento conjugi super-
stiti relinquere , sed unicuique liberum circa
istam competere disponendi jus : Idque
potissimum probat Dn. Mevius ad d. Art. 8.
(1.) per Artic: 10. Libri 2. Tit: 1. cuius verbo:
So mag die Frau von ihren Gütern ihrem an-
dern Mann / oder wenn sie will / legata verord-
nen / also mag auch der Mann vor sich ein beson-
der Testament machen / und seiner Ehe-Frauen/
was er ihr gönnet / geben und legiren (2.) quod
ab intestato saltem Jus Lubec. deferat lucrum su-
perstiti conjugi , non vero in casu testati ; à casu
autem intestati ad casum testati non valeat argu-
mentum ibid. n. 78. & 79. (3.) Quia Jus Lu-
bec. in Artic. 7. Lib. 2. Tit. 1. à testatoris dispositio-
ne duntaxat eximit às alienum & solutionem
legatorum ad pias causas , cetera autem juxta
tenorem testamenti sint præstanta . Si ergo &
Portio Statutaria ab intestato debita esset præci-
pienda , tunc insufficiens foret statutum. Ibidem
num. 72. (4.) quod (a) longè favorabilius quo-
que sit , ipso æquius decernere statutum , quo
libera

libera testandi facultas relinquitur, quam quo
auffertur, aut restringitur. Item (b) quo ab in-
vito beneficium non extorquetur, quam præcisè
ex bonis sudore mariti quæsitis aliquid adimitur,
& contra voluntatem alii datur ; Item (c.) quo
non impia conditio lucro honorandi conjugem
forte immorigeram & immerentem, quam sine
discrimine ex bonis contra placitum ejus lucrari
superstitem, sive probus, sive improbus fuerit.
Item (d.) quo gratitudinis incitamentum relin-
quitur erga eum, ex cuius facultatibus commo-
dum capit, quam aliquid tribuitur cum alterius
incommodo *ibid.* n. 80.

§. XI.

Affirmativam etiam hanc sententiam pro-
pugnavit Dn. Joachimus Wilhelmus Löper /Star-
gard. Pom. J. U D. & Advocatus Dicasterii, quod
Starg. est, Ordinarius in Dissertatione sua Inau-
gurali, Francofurti habita Mense Mayo Anno 1715.
De Jure Nocendi altis cap. IV. §. 8. Ubi de J. Lubec.
relictionem dimidii bonorum communium vo-
luntatis, non necessitatibus esse docet, ut illa Testa-
mento etiam planè tolli possit. Mev. *ad J. Lubec.*
P. 2. Tir. 1. Art. 8. Juxta hanc opinionem quoque
pro testamento Hilliano in Dicasterio Regio Star-
gardiensi contra viduam beati Hillii pronuncia-
tum fuit die 10. Jul. anno 1714.

§. XII.

Vidua tamen beati Dn. Consulis Hillii,
Portionem Statutariam urgens, hactenus con-
stanter inhæsit Responso Ampliss. Facultatis Juri-
dicæ

Prejudi-
ciā pro
affirmativa
sententia,

Negatur
præcēns
questio &
sum responde

Facultatis
Hallen-
sis
tum senten-
tia Altorffii
concepta
tum Arte-
stato Ma-
gistratus
Coslinensis
confirma-
tur.

dicæ Hallensis Año 1711. ni fallor impetrato; id quod apud Acta in prædicto Dicafterio Regio ja-
cet; Etiam Altorffii pro vidua pronunciatum
Año 1715. d. 15. Febr., accessit Attestatum Magi-
stratus Cöslinensis de observantia Artic. 12. Part. 2.
Tit. 2. Jur. Lubec. d. 27. Aug. Anno 1714. Cujus de-
claratio petita ita se se habet: Auf Anhalten
sel. Herrn Bürgermeister und Syndici Barthol.
Hillen/ Fr. Wittben / wird hiermit Pflichtmäßig
attestiert/ dass hier niemanden der Casus extiret,
dass einem Conjugi superstici die ihm vermöge hier-
üblichen Lübischen Rechts gebührende Portio Sta-
tutaria per Testamentum genommen worden/
weil sellige nach hiesiger observantz einem überle-
benden Ehegatten so wohl in casu Testati als in
testati ungekränkt muss gelassen werden. Wel-
cher gestallt wir auch unser hiebevor ertheiltes At-
testatum vom 27. Aug. a. prat. hiemit ex abun-
danti declarari haben wollen. Ihrkündlich un-
ter unser Stadt Insiegel und der gewöhnl. Sub-
scription. Gegeben zu Cöslin/den 7. Maij. 1615.
Bürgermeister und Raht hieselbst.

§. XIII.

Negativæ sententiae, quod in casu præsenti;
ubi matrimonium improle, Portio Statutaria,
in testamento nec minui, nec tolli possit in foro
Cöslinensi, etiam nos inhæremus. Siquidem
(1.) secundum J. Commune quoties speciali le-
ge alicui aliquid assignatur, toties istud nullius
testamento minui aut tolli potest Nov. 22. C. 33; ibi:
licet decies millies contrarium vellet moriens.

Qvod

Negativæ
sententiae in
casu pre-
senti, ubi
matrimoni-
um improle,
in foro Cö-
slinensi, eti-
am nos in-
hæremus.

Quod enim debitum lege radicatum est , illud
dicitur necessarium Hopp. ad § 14. *J. de Legat. verb:*
quod debet inde per hominem auferri nequit l. 22.
§ 1. ff. de Adopt. In jure etiam quæsito alteri
præjudicare non licet l. 2. §. 10. & 16. ff. Ne quid
in loc. pabl. Evidens illud reddit legitima liberis
lege debita , quam Pater testamento adimere non
potest l. 30. C. *De Inoffic. testam. Avth. Presbyteros &*
Auth. si qua mulier C. De sacrosanct. Eccles. imò nec
ullum gravamen Legitimæ adjicere licet l. 32. C.
eod. Brunnem. ad l. 4. ff. eod. tit. n. 3. Mantz. *De*
Testam. Tit. II. Quo. 44. n. 19. Etiam Testamento
effici nequit , quo minus Parentibus ex bonis li-
berorum Legitima obveniat *Novell. 115. cap. 4.*
Confirmat idem quarta pars , quæ filio impuberi
arrogato ex Constitutione Divi Pii tributa , quam
Pater arrogans Testamento ipsi auferre nequit
l. 22. pr. ff. *De Adopt. junct. l. 8. §. 1r. ff. De Inoffic. Te-*
stam. ibi : quartam ei , quasi æs alienum , conce-
dendam. Plurima ejusmodi exempla passim le-
guntur in jure . Cuius ergo certa portio conju-
gi superstiti , ubi matrimonium est sine prole , ex
bonis defuncti speciali statuto est assignata , J. Lu-
bec. *Lib. 2. Tit. 2. Art. 12.* Sponte ex prædictis fluit ;
marito non esse integrum , Testamento istam dimi-
nuere . Nullo enim Juris Lubecensis textu il-
lud expressè est immutatum , inde secundum Jus
Commune in isto casu pronunciandum , quod
enim in statutis non est expressum , istud manet
sub dispositione Juris Civilis Schurff. *Cent. I. Con-*
sil. 55. Hartmann. Pistor. Lib. 1. Quæst. 32. n. 8.

C

Carpz.

Carpzov. P. I. Dec. 63. n. 16. Etiam in ambiguis
& obscuris Statuta accipiunt interpretationem
à Jure Romano. Goedden. Consil. 19. n. 11. Coler.
in Prefat. Tract. De Proc. Execut. quia statuentes,
quantum per rationes iuræ civitatis fieri potuit,
quam maximè illæsam Juris Communis autoriti-
tatem servare voluisse censendi sunt. Dn. Stryk,
in Not. ad Pref. Lauterb. Comp. ff. verb. declarantur.

§. XIV.

Ratio se-
unda Op-
tionis ne-
gativa.

Accedit (2.) quod jus Lubec. simpliciter &
indistinctè semissim bonorum conjugi supersti-
tribuat, non tantum in loco, ubi de Success.
ab Intest. agitur Lib. 2. Tit. 2. Art. 2. & 12. sed etiam
ubi agitur de Dote Lib. 1. Tit. 5. Art. 5. ubi agitur
de Testamento Lib. 2. Tit. 1. Art. 8. sicque dimidia
pars bonorum superstiti uxori competit, non
duntaxat ubi intestatus moritur maritus, sed
etiam ubi testatus decedit. Nam d. Artic. 8.
expressè agit de mariti testamento, & diserte
disponit, semissim uxori deberi, excepto casu,
ubi maritus liberos relinquit & uxori aliquid pra-
legat; multo ergo fortius semis debetur uxori,
nec per Testamentum eripi potest, ubi maritus
sine prole decepsit, cuius causa tunc favo-
rabilior, odiosa enim nunquam extendenda.
Capo 15. X. De R. J. in 6. l. 19. ff. De Lib. & Posthum.
e. 6. Distinet. 22. & quando Statutum recedit à Jure
Communi, istud est stricti juris & nequaquam
admittit interpretationem extensivam, potius
ita explicandum, ut quam minimum lädat Jus
Commune. Carpzov. P. 3. Dec. 295. n. 21. & Lib. 2.

Ref^b

Resp. 73. n. 18. Albericus de Rosate *De Statut. Lib.*
1. quæst. 9. n. 44. seqq. Præterea exceptio firmat
regulam in contrarium l. 12. §. 43. ff. *De Instrukt.*
vel *Instrum. legat.* l. 18. ff. *de Testib.*, si statuentes
voluissent, semissim conjugi debitam Testamento
adimi aut minui posse, ubi matrimonium est sine
prole, istud utique nominatum expressissem,
cum ergo istud non definitur expressè, nec vo-
luisse existimandi sunt. Modestin. Pistor. 2. *Consil.*
21. n. 52. Gödd. 4. *Conf. Marburg.* 37. n. 123. & *Confil.*
41. n. 7. Omissum enim habetur pro omisso l. 22.
pr. ff. solut. matrimon. l. 10. ff. *De Liber.* & *Postbum.* impri-
mis ubi expressa provisio requiritur Schrader. 2.
Consil. 23. n. 93. licet enim jus interpretandi habeam-
us, supplendi tamen facultate sine legis auto-
ritate fumus destituti Wesenb. 1. *Consil.* 15. n. 42.
per l. 31. C. *De Transact.* Regeri quidem posset,
quod allegatus *Artic.* 8. *Lib.* 2. *Tit.* 1. *J. Lub.* agat
saltem de casu, ubi liberi extant, sicque dis-
ponat, filialem uxori competere portionem
modo ipsi aliquid prælegaverit maritus, inde au-
tem nequaquam inferri posse, quod maritus etiam
non possit filialem aut aliam certam portionem
uxori superstiti in testamento dare, quando non
extant liberi, sicque præcisè semissim uxori re-
linquere debeat, siqvædem unius positio non est
alterius exclusio: Ast ista posterior regula de-
mum obtinet, quando illud, quod ponitur, Jure
Communi determinatur, sicque eadem ratio mili-
tat in aliis. Schrader. *De feud.* P. 2. Cap. 9. in prin-
cip. scit. 2. n. 68. Rauchbar P. 1. quæst. *Jur. Civ.* &
Saxon.

Saxon. quæst. 48. num. 20. Ast contra positio unus,
est alterius exclusio, quando aliquid ponitur,
tanquam speciale, sicq; Jure singulari determina-
tur, inde enim recte colligitur, regulam esse in
contrarium l. 18. §. 11. ff. De instruct. legat. l. 14. ff. De
L. L. Cardinal. Tusch. Pract. Concl. Tom. 4. lit. J. Con-
clus. 71. Mar. Antonin. Variar. Resol. lib. I. Resolut. I. n. 10.

§. XV.

Ratio
soror opio-
nionis nega-
tiva.

Magis (3.) prædicta corroborat Commu-
nio bonorum J. Lubecensi inducta, vi cuius omnia bona inter Conjuges jam constante matri-
monio ita communicantur, ut singulorum pro-
pria sint pro partibus indivisi, sive bonorum eorum socii atque adeo condomini & composi-
tissimæ sunt l. 1. §. 1. & 2. ff. Pro socio, l. 5. ff. De stip-
ular. servorum, inde superstes non tam defuncti conjugis bona acquirit, quam propria bona re-
tinet, & reliqua restituit successoribus defuncti conjugis, seu ut statutum Lubecense loquitur, bona defuncti cum successoribus mariti dividit l. 2. Tit. 2. Art. 11. Quare illa, quæ autoritate statuti & vi communionis bonorum retinet uxori, non de hereditate defuncti, sed de patrimonio ipsius esse dicuntur, adeoque maritus uxori invitæ in Testamento ista auferre non potest, de rebus enim alienis nulla est dispositio arg. l. 120. ff. De V. S. nisi expressis verbis statuti, in certis casibus, marito indulgeatur, Portionem statutariam per Testamentum diminuere, Schneidew.
ad J. tit. De Heredit. que ab intest. defert. Rubr. De
Success. Conjug. n. 18. Prout etiam uxor marito

non

non potest per testamentum semissem eripere , ut
pote quæ Jure Lubec. regulariter testamentum
condere , sicque etiam per istud aliquid auferre
nequit ; Lib. 2. Tit. 1. Art. 10. Ita nec marito ul-
tra casus in statuto expressos illud indulgendum
l. 1. & tot. tit. ff. Quid quisque juris. Quæ omnia
fusius deduxerunt Dn. Ludewig in Disput. Inaug.
De Different. Jur. Rom. & German. in Success. Con-
jug. pag. 51. lit. K. K. & pag. 56. lit. U. Domin,
Stryck in Disp. de Jure Mariti in bona uxoris cap. I.
& cap. 4. n. 24. Idem in Disp. de Differ. Jur. Lub. &
& Civil. cap. 8. n. 51. seqq. Dn. Cothmann Vol. 2.
Resp. 74. Dn. Klein Disp. de Testatore canto cap. 3.
n. 84. seqq.

§. XVI.

Illustrat (4.) hanc opinionem nostram Jus
Saxonicum , in quo expreſſe decisum legitur,
quod conjuxt non possit per testamentum conjuxt
superstuti Portionem statutariam adimere: Part. 3.
Const. 7. ibid. Carpzov. Def. 1. & 8. Indubitatim au-
tem est , in dubio Jus Lubecense proximam inter-
pretationem petere ex Jure Saxonico , quia quo-
ad maximam partem inde desumunt , & eo de-
mum deficiente ex Jure Communi , docente ipso
Mevio in quest. pralimin. 1. ad J. Lubec. n. 55. add.
Cothman. Vol. 1. Consil. 40. n. 51. Cum ergo hoc
negotium valde controversum, quando matrimo-
nium est sine prole , num Jure Lubecensi per-
missum sit marito , uxoris portionem statutariam
in testamento diminuere , praferenda erit.

Ratio
quarta op-
nionis ne-
gativa

opinio nostra negativa juxta Jus Saxonicum & Commune.

§. XVII.

Dn. Mevii
Rationes
refutantur

Huic tamen valde reclamat Dn. Mevius in Comment. ad Jus Lubec Lib. 2. Tit. 1. Art. 8. n. 72. seqq. Cujus potiores rationes supra §. 10. producetas paucis perlustrabimus. Quod ergo concernet primum supra adductum argumentum, defundatum ex art. 10. Lib. 2. Tit. 1. in quo omnium aperi-
tissimè hanc controversiam decidi ipsi videtur, n. 75. ad Art. 8. parum istud stringere credimus, cum expressis verbis in Art. 10. agatur de Testamento reciproco, ubi uxor ex permissione prioris mariti testatur, & maritus reciprocè in testamento de suis bonis disponit, siveque separatim in eadem scriptura testamentum mutuum conjuges condunt, quo casu expedita res est, quod possint, si velint, se invicem Portione Statutariâ privare, siveque minimum relinquere Carpzov. P. 3. C. 7. Def. 14. n. 6. Berlich. P. 3. Concl. 9. n. 33. nam ita ambo, consentiunt l. 29. C. de Paet. vid. supra §. 6. n. 2. quamvis tamen istud minus in mutuo conjugum Testamento non facile timendum, cum ex mutuo amore conjugum optimè sibi cupientium illud regulariter promanare soleat, siveque potius Portione legali majus, quam minus sibi invicem relinquent: Aliter exponit istud Dn. Stryk. in Diff. De Different. Jur. Lubec. & Civ. Cap. 8. n. 53.

§. XVIII.

Secundum argumentum in §. 10. produc-
tum fortius quidem priori videtur, quia causa-
testati

testati impedit causam intestati §. 7. *J. de Horedit. quæ ab intest. defert.* l. 7. pr. ff. unde liberis, & provisio hominis facit cessare provisionem legis. l. fin. *C. de Pact. convent.* adeoq; Portio statutaria solummodo locum inventire poterit, quando conjux defunctus ab Intestato decessit: Verum ista procedunt in rebus, quæ admittunt causam testati, prout in simili casu respondet ipse Dn. Mev. ad *J. Lubec.* P. 2. Tit. 1. Art. 2. n. 172; portio autem statuto debita dispositioni testatoris non est obnoxia. Nam quod lucrum ex lege datum, privatus afferre nullo modo potest, licet decies millies contrarium moriens vellet: loquente *Novell. 22. C. 33.* Provisio ergo hominis facit cessare provisionem legis, quando sermo est de provisione legis, quæ in subsidium facta, ubi enim præcaverunt homines, non indigent cautione legali l. 3. *C. de Testam. tutel.* l. fin. *C. de Pact. Convent.* Aliud obtinet, ubi lex simplicerit aliquid disponit, ita nemo testamentum sine hæreditis institutione condere, nec quisquam facere potest, quo minus leges in suo Testamento locum habeant l. 55. *de Legat.* l. Præterea nil facit, quando Dn. Mevius d. n. 78. seq; adhuc urget, quod de hâc portione tantum agatur in Jure Lubecensi sub Rubrica: De Successionibus ab Intestato, & ex eo infert, quod saltem sit lucrum, quod ab Intestato tribuitur, sique sine lege ad casum testati istud extendi non possit. Nam prout supra §. 14. contrarium jam probatum, quod etiam alibi, quam sub Rubrica, *de Success. ab Intest.* de hac portione

one in Jure Lubecensi agatur , ita posito eo , fru
stranea tamen prior illatio facta , siquidem Le
gitima quæ liberis debetur , est portio speciali
lege ab Intestato debita l. 31. C. de Inoffic. Testam.
quis autem inferret , quod ergo in Testamento
liberè de ista portione disponi , & pro arbitrio
diminui queat , licet enim minus relictum esset
in Testamento , ad supplementum tamen agi
posset l. 30. C. de Inoffic. Testam. Inde & hæcce
Portio statutaria tam in causa testati quam inte
stati tanquam æs alienum debetur arg. l. 8. §. 15.
ff. de Inoffic. Testam. Andr. Schæffer. P. 3. Quaest.
49. n. 82. qvod ante omnia ex bonis defuncti est,
deducendum , etiam facto testamento l. 39. §. 1. ff.
De Vi S. l. 72. pr. ff. de Jure Dot.

§. XIX.

Tertium argumentum ex Artic. 7. Lib. 26
Tit. 1. petitum exigui ponderis est , & litem
duntaxat de verbis involvit , licet enim à testato
ris dispositione ibidem nihil eximatur , quam æs
alienum , portio tamen statutaria inde non exclu
denda , sed sub voce *Schuld* omnino intelligen
da est. Hæque enim verum debitum esse , qvod lex
imponit , quam quod quis ipse contrahit , nemo
inficiari potest ; propterea talis Portio statutaria
modo æs alienum l. 8. §. 15. ff. De Inoffic. Testam.
Andr. Schæffer. P. 3. Quaest. 49. n. 82. Bald. in
Avth. Praterea n. 7. C. Unde vir & uxor. modo de
bitum necessarium Hopp. ad §. 14. J. de Legato
verb. quod debet , modo legis debitum à DD. ap
pellatur Modest. Pistor. Part. I. Quaest. 3. n. II. quod
ergo

ergo omnino cum ceteris debitibus persolvendum;
quamvis tamen quoad illud uxor in concursu
non eodem , prout in dote , prælationis pri-
vilegio gaudeat , sed demum audiatur , quando
omnibus aliis creditoribus satis factum est. Co-
ler. Parte I. Dec. 62. n. 11. Modestin. Pistor. Part. I.
qu. 1. n. 2. fusi de eo Dn. Stryk in Disp. de Differ. J.
Lubec & Civ. cap. 8. n. 56. seq. Nec juvat Dn.
Mevium, quando porro ibid. n. 73. tradit, in aliis
J. Lubec. textibus æs alienum ab ista portione
secerni Lib. 2. Tit. 2. Art. 26. & 28. Nam in variis
juris istius texibus æs alienum in specie pro debi-
to ab ipso defuncto contracto accipi , sicque op-
poni Portioni statutariae facile largimur. Non
enim infrequens , debitum voluntarium opponi
necessario , sufficiat nobis , portionem legalem
verum debitum esse & in jure ita nominari l. 8.
§. 15. ff. de Inoffic. Testam. unde portionem statu-
tariam , instar aliorum debitorum , ante legata in
Testamento relicta ab hærede esse viduæ prä-
standam , eleganter deduxit Dn. Carpzov. P. I. Dec.
61. per 101. licet in concursu Creditorum ejusmodi
debitum inter reliqua debita duntaxat , prout
antea demonstratum , ultimo loco collocetur.
Argumentari ergo ab illis articulis J. Lubecensis,
in quibus debitum in specie accipitur , & oppo-
nitur portioni statutariae , ad huncce Artic. 7. Lib.
2. Tit. 1. in quo vox Schuld simpliciter & in ge-
nere ponitur , inane negotium est , nec latere
potest , hocce debitum legale passim in articulis
juris hujus portionem debitam nominari. Con-
fira-

D

feratur Jus Lubec. Lib. 2. Tit. 1. Art. 3. ibi: Ordinet jemand ein Testament und giebet seiner Frau en ihr NB. bescheiden Theil: Item in Lib. 2. Tit. 1. Artic. 6. appellatur bescheiden Gut / ubi ipse Dn. Mev: ibid. n. 50. monet, intelligi portionem lege debitam.

§. XX.

Quod porro quarto loco supra in §. 10. proponitur ex Mevio ad Artic. 8. n. 80., varia involvit capita, inde Resp. ad (a) quod omnino favorabilius & æquius sit statuere libertatem testandi, quam ut ista afferatur, aut restringatur, quando versamur circa casum, in quo Jure Communi libertas testandi conceditur; secus autem, quando occurrat casus, in quo ipsum Jus Civile jam restringit libertatem testandi, decisionem enim nostram & interpretationem in dubio semper ita faciendam, ut statutum quam proxime accedat Juri Communi, unanimis fert D. D. sententia Carpzov. Lib. 2. Respons. 41. n. 5. & Respons. 73. n. 18. idem Part. 3. Decis. 295. n. 21. Alberic. de Refate de Statutis Lib. 1. quest. 9. n. 44. seq. Hic jam adeest casus, ubi ex singulari jure alicui aliquid debetur, in quo disertè Jus Commune adimit liberam testandi potestatem, per expressam Nov. 22. Cap. 33. ibi: licet decies millies moriens contrarium vellet, adeoque minus favorabile & contra omnem æquitatem, & regulas benè interpretandi foret, tali quid statuere, quo elusorium redditur statutum, & quod una manu datum, altera vicissim afferri posset. Conf. Dn. Stryk. in Tract.

de

de Success. ab Intest. Dissert. 4. Cap. 3. §. 20.
Respond. ad (b.) Quod omnino favorabilius & æquius, decernere statutum, quo ab invito extorquetur debitum, quando istud lex imponit, licet ex botis sudore quæsitis sit solvendum. Nam Jure Nat. obstringitur subditus parere Magistratui l. 2. f. de Just. & Jure; sane non convenit privato, Testamento suo cavere, ne leges valeant l. 55. ff. de Legat. 1. Est ergo distinguendum inter beneficium, quod à solo arbitrio dantis, & quod à dispositione legis dependet, prout jam in priori casu, opinio Dn. Mevii procedit, ita in posteriori fallit. Respond. ad (c.) Quod pietatem ista opinio violet, qvæ ob quamvis morositatem uxoris iftam privat lucro, quod ex provisione legis ipsi competit; imò speciem vindictæ esse credimus, morosa uxori eo tempore, quo quis condit Testamentum & meditationes mortis simul habere debet, subtrahere illud, quod lex ipsi relinquere injungit, hinc Portionem statutariam etiam immorigero debet, fute defendit Carpzov. in Jurisprud. Consistor. Lib. 2. Def. 21. Sicque respondit Facultas Juridica Francofurt, die 14. Junii anno 1675, referente Dn. Stryk. in Disp. De Different. Jur. Lubec. & Civ. Cap. 8. n. 52. Prout nec immorigero filio Legitimam à Patre auferri aut minui posse, nisi maxima ingratitudinis causa in Jure determinata adsit, evidens reddit Novell. 115. Cap. 3. Qvando autem improbitas conjugis superstitis fuit in-

D 2 signis

signis, non dubitamus, autoritate legis conjugem Portione statutaria privari posse, ut si necem conjugis sit molitus, irtote insidias vitæ vel veneno vel alio modo struxerit, aut conjugem maliti ofè deseruerit l. 30. ff. De His qua ut indign. Novell. 22. c. 15. §. 2. Nov. 117. c. 8. §. 5 aut adulterium commiserit d. Nov. 117. C. 8. §. 4. cap. 4. X. de Donat. inter V. & U. Ejusmodi causas plures jam eleganter satis exposuit Dn. Stryk. Tr. De Success. ab Intest. Diff. 12. Cap. 1. & 4. Non enim meretur amoris præmium, quæ amorem prorsus non servavit, etiam dissoluto matrimonio, Portionem statutariam cessare, res expedita est, Novell. 117. Cap. 8. Brunnen ad J. Eccles. L. 2. Cap. 17. §. 35. & DD. passim. Relp. ad (d.) Quod gratitudinis incitamentum solummodo respici possit in dispositione bonorum, quæ à nudo arbitrio testatoris dependent, non autem attendatur, ubi potestas testandi à Lege restricta, quod satis elucescit in bonis hæreditariis, quorum dispositio testamentaria, fatente ipso Mevio ad Jus Lubec. Lib. 2. Tit. 1. Art. 2. n. 16r. seqq. similiter Jure Lubecensi restricta, inde gratis & ingratia, actoties immergebibus cognatis relinquenda.

§. XXI.

Ex dictis patet Dn. Mevii cuius veneratio alioquin nobis semper magna, rationes tamen istius circa Artic. 8. Lib. 2. Tit. 1. productas ad mentem ipsius in hacce controversiâ amplectendam, nos commovere non potuisse; minus autem istud

istud dubium, quod primo loco ibidem n. 72. ex
Artic. 3. & 6. Lib. 2. Tit. 1. collectum est, tanti va-
loris esse potuit, cum isti duo Articuli loqua-
tur diserte de casu, ubi matrimonium est cum
prole, de quo vero hic sermo non est. Inde re-
stat adhuc, ut paucis ponderemus rationes ab ipso
testatore adscriptas & in §. 9. supra allegatas,
quas omnes autem ad portionem legalem uxori
subtrahendam prorsus non sufficienes credi-
mus. Siquidem privato integrum non est, istud,
quod ex speciali legis provifione uxori compe-
tit, ullo modo adimere, immutare, vel aliud
substituere, per express. l. 55. ff. De Legat. I. No-
velli. 22. Cap. 33. ibi : *tacet decies millies moriens cor-
porarium vellet.* Carpzov. P. 3. Confl. 7. Def. 1. Ber-
lich. P. 3. Conclus. 9. n. 3. Præterea sufficit, dotem
promissam reapse esse illatam, fatente ipso testa-
tore, *vid. supr. §. 9. ibi :* *Die erste (nemlich sei-
ne Frau) soll ihren NB. mir zugebrachten Braut-
schätz à 1000. fl. &c. zurück nehmen :* Usuras do-
tis quidem Dn. Hillius uxori suæ reliquit, acqui-
retere autem parum aut nihil potuit, cum testan-
te testamento, *in verb :* *Damit aber meine Frau*
als eine fränckliche und schwache Person/continuo
ferme morbo laboraverit, qvicquid vero ex usuris
ac forsitan aliunde quæstis percepit, in vestes statui
dignitatis conformes, in medicamenta, de quibus
omnibꝫ defunctus maritus ipsi propterea prospicere
noluit, testantibꝫ actis, cum tamen onera mariti sint
l. 22. §. 8. ff. solut. matrim. Cans. II. Distinct. 3. L. 13. C.
de negot. gest. impendere debuit; adeoque maritus

D 3

ista

Rationes
testatoris in
§. 9. addu-
ctæ ponde-
rantur.

ista in Legitimam uxori debitam nullo juris colore imputare potuit.

§. XXII.

Residuum adhuc est prælegatum in Testamento Dn. Hillii, cuius verba supra §. 9. adducta, de quo posset moveri quæstio, numne istud legatum corruat, si contra testamentum, vidua dimidiā partem honorum defuncti mariti per sententiam superioris Judicis obtinuerit? Nos de eo non dubitamus, quia tenor Testamenti docet, ea intentione hoc legatum esse relictum, ut abstineret uxori à Portione statutaria; cum ergo ab ista nolit abstinere, ultra competentem Portionem statutariam prælegatum tale prætendere nequit. C. de His qua sub mod. l. 17. §. 20 ff. de Manumiss. Testam. Hac occasione ventilanda adhuc alia quæstio. Si conjugi purè aliquid in Testamento legetur, num præter istud integrum portionem statutarium jure prætendere possit? Affirmant hoc Nic. Böer Dec. 244 n. 6. Daniel Müller. semestr. lib. 3. c. 25. n. 3. seqq. Bald. in Avth. Prat. C. U. V. & uxori n. 7. quia legatum à marito relictum foret inutile, si in portionem statutariam imputandum, cum tamen continere debeat lucrum §. 1. & 14. J. de Legat. l. 80. ff. de Legat. 2. inde quando creditori aliquid à debitore legatur, utrumque rectè petit l. 85. ff. de Legat. 2. l. 12. ff. Ad Leg. Falcid. l. 6. C. de Heredo. act. quando cohæredi aliquid legatur, præter portionem hæreditariam istud legatum accipit, l. 1. C. si cert. pet. quando uxori aliquid in Testamento mariti relinquatur, eo non obstante totam tamen repetere potest dotem

Num prælegatum in testamento Hilliano vidua relictum corruat, si pro ista in iudicio superiori pronuncietur?

Si purè aliquid legetur à marito uxori, num istud imputandum sit in Portionem Statutariam, num præter istud integra Portio debetur.

Rationes Affirmantissim-

dotem l. un. §. 3. C. de Rei ux. act. Compensatio enim
in dubio non præsumitur l. 85. ff. De Legat. 2. l. 6.
C. de Heredit. act. l. 7. C. de Bon. Art. Jud. possid.
imprimis ubi & hocce debitum statutarium vide-
atur voluntarium esse, eo enim ipso, quo con-
juges initio consentiunt in matrimonium,
etiam in portionem conjugibus debitam consen-
tiunt, quoties autem ex causa voluntaria aliquid
debetur, legatum portionem debitam non tol-
lit l. 6. C. de Heredit. act.

§. XXIII.

Prædictis non obstantibus verior tamen est
sententia negativa, in Praxi recepta, testantibus
Brunnem. Cent. 4. Dec 17. Carpzov. P. 3. C. 10.
Def. 29. add. Berlich. P. 2. Dec. 223. Berger. in Diff.
De Legitima mariti th. ult. Hartman. Pistor. Observ.
105. Aliiqve plena manu allegati à Carpzov. d.l.
n. 6. quia Portio statutarum est debitum necessa-
rium, utpote qvod ex dispositione legis, seu sta-
tuti descendit, prout voluntarium dicitur, quod ex
contractu vel dispositione hominis originem tra-
xit. L. 10. C. de Legat. Carpzov. P. 3. C. 13. Def. 29.
n. 5. & 6. Hopp. ad §. 14. Instit. de Legat. quoties
ergo ex causa voluntaria aliquid debetur, lega-
tum non tollit istud debitum, *huc spectant ea quæ*
in §. præced. adducta; ast ubi aliqvid debetur *ex cau-*
sa necessaria; toties omnino legatum tollit istud
debitum l. 22. §. 3. ff. solut. matrim. l. 3. §. 15. ff. De
Bon. libert. Avib. præterea in fine C. Unde Vir & Uxor.
ibi: imputabatur legatum in talem portionem, qvia
animō Compensandi relictum legatum præsumi-
tur.

Rationes
Negantim
um.

tur, nemo enim in necessitatibus liberalis existit
l. 18. in fin. ff. *De Adim. Legat.* Est autem maritus
hoc in casu debitor necessarius, cum statuto con-
stringatur ad istud uxori relinqvendum, unde &
Testamento istud minuere aut tollere nequit l. 55.
De Legat. 1. Nov. 22. Cap. 31. Adaugere autem
Portionem statutariam in favorem uxoris potest,
quo casu cautus sit maritus, ne simpliciter uxori suz
aliquid leget, sed ut Portionis statutariae speci-
ficam faciat mentionem v. g. Meiner Frauen
will ich / außer der ihr nach hiesigem Stadt-Recht
gebührenden Erb-Portion, von meinem wollge-
wonnen gut 3000. Rthlr. vermacht haben: Si
ita disertis verbis legatum conjugi superstiti ultra
Portionem statutariam sit relictum, vel etiam
aliunde satis de contrario testatoris mente appa-
reat, tunc utrumque rectè petitur. *Carpzov.*
Part. 3. C. 20. Def. 30. Dn. Klein in Disput. de Testat.
cauto cap. 3. n. 96. Etiam præsumtiones ejusmodi
varias exponit Menochius *Lib. 4. Præsumt. 109.*
n. 51. seqq. & Præsumt. 110. n. 8. seqq.

§. XXIV.

Ita parum obstant, quæ præced. §. 22. in con-
trarium adducta, nam procedunt illa, quia ex-
causa voluntaria debentur, inde si & certa
portio ex pactis dotalibus viduæ debetur,
tunc legatum à marito relictum & portio pacto
constituta rectè petitur. *Carpzov. P. 3. Conf. 20.*
Def. 5. Dn. Berger. d. Disput. de Legitima mariti lib. II.
Minus autem rectè in fine præcedentis §. 22.
etiam portio statutaria ad voluntarium referuntur
de-

Rationes
Affirmanti-
um refu-
tantur.

debitum , siquidem istud militat contra definitionem debiti voluntarii supra jam allegatam , & matrimonium libera voluntate contractum est duntaxat causa remota , ob quod portio statutaria concessa . Causa enim proxima & immediata , quæ omnino attendenda l . penult . ff . de Condict . ob turp . caus . l . 55 . in fin . princ . ff . de Legat . 3 . est solummodo statutum , ex quo hocce debitum descendit , quodque maritum necessarium facit debitorem , ut sub nullo colore istud regulariter diminuere possit Novell . 22 . Cap . 33 .

§. XXV.

De Conjuge superstite nobili nonnulla adhuc monere restant . Huic itidem in Constitutione Provinciali certam esse assignatam portionem , supra ex § . 8 . videre licet , nec illam per Testamentum minui aut tolli posse , quia ex speciali legis provisione competit , omnino afferendum per Novell . 22 . Cap . 33 . Dn . Kohl . ad Constitut . March . qu . 7 . n . 29 . Quæritur autem , si vidua Nobilis petierit dotalitium , istudque constitutum , numne insuper Portionem statutariorum petere liceat . Resp . Negando , sum in foro Saxonico , Carpzov . P . 3 . C . 37 . D . 4 . ium in Pomerania Orientali nostra . Confer : Die Hinter - Pommersche Lehns - Constitution Tit . 17 . § . 3 . ibi : Alle Leibgedings - Verschreibungen / so ein mehrs und anders in sich haben / als nach den Land - Privilegien , Constitutionen und Gebränchen zulässig ist / sind in den passibus , welche wieder ißtgedachte Satzungen und Gebräu-

E

he

Num por-
tio statuta-
ria Conjugi
nobili com-
petens in te-
stamento
possit adimi-
aut minui .

Quando
vidua nobilis
petit do-
talitium .
num sibi
prejudicet
in portione
statutaria ?

che anlauffen / ungültig / und demnach so weit
zu cassiren : Darumb dann auch solche Pacta
nicht bestehen können / wenn eine Frau ihr bey-
des / ein Leibgeding und die Wiedererstattung
ihres eingebrochenen / sambt der Verbesserung zu-
gleich verschreiben lässt. Tum alibi ubi dotalium
in usu est Mev. ad Jus Lubec. lib. 2. Tit. 2. Art.
12. n. 393. Cothmann. Vol. I. Conf. 50. n. 65. Stryk
in Disp. de Jure Vidua Nob. March. cap. 2. num. 8.
Electio tamen petendi Dotalitium vel Portionem
statutariam singulari favore viduis competit.
Carpzov. d. 4. Def. 6. n. 9. Dn. Stryk d. 4. Mev.
d. 4. Coler. P. I. Decis. 60. n. 4. Etiam in Po-
merania Orientali nostra prout patet ex Tit. 17.
der Hinter - Pommerschen Lehns - Constitution
§. 4. cuius verba sunt : Wenn ein Leibgeding
verschrieben / kan dennoch nach des Mannes To-
de die Wittwe wol variieren / und ihren Braut-
Schatz cum augmento , wie auch andere illa-
ta zurück fodern / und das Leibgeding verlassen.
Sie muss sich aber desfalls innerhalb 3. Monate-
then von Zeit des Mannes Absterben beständig
erklären. Dasern sie nun solche Zeit / so continue
zu rechnen / hätte vorher gehen lassen / oder das
Dotalitium einmal erwehlet und bezogen / so kan
sie hernach davon nicht wieder zurück treten / son-
dern muss beym Leibgeding verbleiben / und ha-
ben ihre Erben nach ihrem Tode des Braut-
Schatzes / als welcher dadurch hingefallen / nicht
zu prätendiren / ungeachtet Pacta in contra-
rium verhanden seyn möchten : quamvis ista ele-
ctio

Etio militet contra regulam Juris Communis, ut-
pote quæ debitori, non creditori tribuit electio-
nem l. 10. §. ult. ff. de Jure Dot. l. 34. §. 7. ff. de Jure
jurando; facta autem semel electione, seu ac-
ceptato jam Dotalitio, variare amplius non li-
cet arg. l. 20. ff. de Opt. Legat. l. 9. §. 1. ff. de Tribut.
act. Köppen P. 2. Decis. 10. n. 24. Berlich P. 2. Concl.
50. n. 5. Die Hinter-Pommersche Lehns-Constitu-
tion d. Tit. 17. §. 4. Nisi vidua minorenis sit, aut
graviter in optione per errorem, vel dolum vel
aliam causam læsa, tum omnino illam variare,
aut restitutionem in integrum petere posse, asse-
runt Müller in Pract. Civ. March. Resolut. 87. n. 31.
Carpzov. P. 2. C. 44. Def. 3. n. 6., præjudicio id
firmat Dn. Stryk. in Diff. de Jure Vidua Nob. March.
cap. 2. n. 14. Acceptando itaque dotalitium in Por-
tione statutaria vidua sibi præjudicat. Mev. ad
J. Lubec. L. 2. Tit. 2. Artic. 12. n. 393. tum ob natu-
ram optionis per d. L. L. tum ob qualitatem dota-
litii, utpote quod omnia uxoris illata cum bonis
mariti ita confundit, ut vidua nihil de dote &
de eo, quod istius causa est receptum, percipere
posset. Mev. ad J. Lub. d. 4. n. 393. Carpzov. P. 3.
C. 37. Def. 4. n. 4. Nisi (1.) in Pactis Dotalibus
tam Portio statutaria, quam Dotalitium expressè
assignatum & (2.) hoc consuetudine receptum, ut
Viduis Nobilibus utrumque debeat, aut (3.)
maritus istud expressè in Testamento disposuerit.
Berlich. P. 3. Concl. 50. n. 8. Carpzov. P. 3. C. 37.
Def. 7. n. 2. seqq. Quamvis vi prædictæ Constitu-
tionis Feudalis, in Pomerania Orientali istæ li-
mi-

In quibus
casibus n-
trumq; pes
potest

Predit
casus in Po-
merania

*Orientali
cessans.*

mitationes non admittantur , prout ex allegatis
istius Constitutionis verbis evidens est. Placi-
tum ergo Principis ibi dat formam atque Pactis
& Testamento privatorum derogat ^{arg. l. 5.}
C. de L. L.

§. XXVI.

Epilodus.

Plura de hac nobilissima materiâ differ-
re , temporis angustia , qvâ inclusi , non admisit:
Qvod si ergo hic non omnia , quæ fortè afferri
poterant , in medium adducta , vel parum con-
cinne , minusqve aptè ea disposita fuerint , Tuum
erit L. B. omnia in meliorem partem interpreta-
ri , ac errantes in viam reducere , scias enim nos
modestè corrigentem ac meliora docentem prom-
ptissimè secuturos. Tibi vero Deus T.O. M. pro
singulari gratia studiis nostris hactenus largissi-
mè concessa immortales ex solvimus gratias , &
ut ea imposterum in Tui Nominis gloriam & Pa-
triæ emolumentum dirigere velis ,
suplices exoramus.

SOLI DEO GLORIA.



Rostock, Diss., 1715-23

ULB Halle
005 016 037


3



TA → OL

nr 1+3 Stück verhängt

B.I.G.



6.30. num. 27.

6
1716, 4

KIENFRIED
UNIVERS.
ZV HALLE

DISSESTITO INAUGURALIS JURIDICA
DE EO
QVOD JURIS EST
CIRCA
PORTIONEM
CONJUGIS STATU-
TARIAM IN POMERA-
NIA ORIENTALI,
QUAM OCCASIONE
TESTAMENTI HILLIANI
DEO ADIUVANTE
PRÆSIDE
DN. MATTHIA ~~SSEGEN~~
CONSULTE, CODICIS PROFESSORE PUBLICO, AMPLIS-
SIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ SENIORE ET AD HUNC
ACTUM DECANO
PRO LICENTIA.
Superiores in utroque jure honores conseqvendi,
Placido Eruditorum Examini submittit
JOACHIMUS LÜTTKE, Cöslin. Pomer.
Anno 1716. die 27. August.

ROSTOCHII,

Typis JOH. WEPPLINGII, SER. PRINC. & ACAD. Typogr.

